



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Munera non sunt accipie[n]da propter quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

nunquam erit? & semper nolle quod nunquam non erit? nihil obtinebit quod uult, & quod non uult nihilominus possidebit. Quid facient hi qui

querunt omnes consolationes suas, quando carebunt omni consolatione?

Bernar. sicut dicit Bernardus. Quid erit cum se uiderit illa miseranda conditio non nisi consolatione nudata? Quinto, in

Apo. 16 timabilem angustiam, quæ tunc maxima erit, ut legitur in Apoc. 16. cum manducabunt linguas &c.

Munus triplex.

Primum est oris, munus oris est laus, uel præces carnales. Secundum est manus. Munus manus est pecunia. Tertium est obsequij. Munus obsequij, est seruicium indebite impensum, uel acceptum

Munera non sunt accipienda propter quinque.

Exo. 13 **P**rimum est, quia hominem excæcant. Exo. Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum

Deut. 16 Deu. Non accipias personam, nec

nera, quia munera excęcant oculos, sapientum, &c. Secundum est, quia reddit hominem mutum. Ecclesiasticus. Exenia & dona excęcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. Vnde Gregorius. Non potest constanter argui à quo aliquid accipitur. Et Isydorus. Acceptio munerum, præuaricatio ueritatis est. Tertium est, quia corrumpunt. Isa. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, secuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa uiduę non ingreditur ad eos. Et licet non corrumpantur recipiendo, tamen creditur. Hieronymus. Præsumitur quòd matrona non est casta, quę cum rogatur, munera accipit. Ita nec iudex munus accipiens, à corruptione immunis iudicatur. Quartum est, quia in seruitutem redigunt. Vnde Paulus. Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediunt, omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigor potestate. Prou. Qui accipit munus seruus est, &c. Quintum est, quia impediunt siue priuant hominem à melioribus bonis. Vnde Isa. Qui excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aurem suam, ne audiat sanguinem, qui claudit oculos suos, ne uideat malum, iste

Eccl. 30

Grego.

Isydor.

Isa. I.

Hiero.

I. Cor. 6

Prou. 22

Isa. 33

CHRISTIANA

Isidor, in excelsis habitat. Vnde Isidorus. Excute manus tuas ab omni munere fruis in excelsis habitare.

Magnanimitas in tribus consistit.

Primo, in longitudine longanimitatis, per quam animus futura bona expectat, & presentia non curat. Psal. Expecta dominum, & uiriliter age, &c. Per hanc se extendit animus semper anterior. Philip. Quae retro sunt obliuiscens ad ea uero quae sunt priora extendens me ipsum, &c. Secundo in latitudine charitatis, per quam animus se extendit ad dexteram, & ad sinistram, idest ad amicos, & inimicos. Matt. 5. Diligite inimicos uestros, &c. Tertio in profunditate humilitatis, per quam animus descendit infra se, & coram se. Luc. 13. Qui se humiliat exaltabitur, &c. Et in his tribus est magnitudo animi, de qua dicit Seneca. Magnus animus est cui magno nihil est magnum

Pa
b
quia si
beata u
bris pe
fragant
lutis di
fiasticu
tutis, &
stella r
norum
Primus
qui hab
gressus
ua pler
la, sed c
erubesc
citur. T
xit ei. N
Solent
& ut c
pertime
sermon
ista salu
ratis, il
niam ui